



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

In Cap. I.

SUMMARI A.

1. Olim causa Episcoporum cognoscabantur in Concilio provinciali.
2. Clerici licet excommunicati non privantur beneficiis suis.

Hoc Cap desumptum est ex Concilio Africano, ut in scriptio ipsa indicat: ubi cum Epis. opus quod vult Deus compromisum est venire in Judicium, responsurus adversario suo, sed postea contumaciter abesset, excommunicatur ab eodem Concilio, reservato tamen ipsi Episcopatu.

I Ubi in primis observandum est, quod olim Episcoporum causa cognoscabantur in Concilio provinciali, ut hic & can. Sevitote VI quest. 3, in can. Si quis mundus XV. quest. 7, can. Si quis Episcoporum, & can. Accusatus cum duob. seqq. III. quest. 6, Quod hodie quoad causas criminales Episcoporum immutatum est per Conc. Trid. Sess. 15. c. 3. Dereformat. quo mandatur Judicii Ecclesiastico, ut tam in procedendo, quam definiendo, abstineat a centuris Ecclesiasticis, & nisi in subsidium easinfigat, ubi scilicet per multas pecuniarias, vel per captionem pignorum, personarumque distributionem, sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia non potest procedere contra contumacem. Quod utinam Episcopi sive officiales eorum recte observarent.

In Cap. Decernimus 2.

SUMMARI A.

1. Negotia Ecclesiastica ac spiritualia tractanda per Praelatos Ecclesiasticos.
2. Intellexus c. De procurat. lib. 6.
3. Laicus in causis Ecclesiasticis potest esse adsestor.
4. Non tamen sine iudice.
5. An ex commissione iudicis possit procedere.

E Legans hoc Caput est, quo prohibentur laici tractare negotia Ecclesiastica, praecipue spiritualia; sed ea per Praelatos Ecclesiasticos, ut sunt Archiepiscopi, Episcopi, Abbatres, aliquae Ecclesiasticam jurisdictionem habentes, explicari debent, sive id faciant per se, sive per suos Officiales aut vicarios, c. Cum Episcopus 7, ibi, vel per alium, De off. ordin. in 6. sive etiam per delegatos Iudices, quibus scilicet causam uam vel plures Ecclesiasticas committant audiendas vel decidendas, quod ipsis permisum est, d. c. Cum Episcopus & passim toto tit. sup. De off. & potest. iud. deleg. Id enim cuiilibet Judicii ordinario, hoc

extra Rom. Curiam committenda esset: quo casu solis Metropolitanis vel Episcopis, a S. Pont. eligendis, committitur; ita tamen, ut hi non nisi facti instructionem sumant, processumque conficiant, reservata eidem S. Pont. sententiâ definitivâ.

Hunc vero textum recte transvertit Panorm. ² hic ad ceteros Clericos, qui licet propter contumaciam suam excommunicari possint, non tamen privari beneficii suis, & confirmat, texti inc. fin. §. fin. inf. Vt lite non contest, neque enim convenit propter idem delictum Clericos duplice penâ affici, c. At si Clerici & in fine hoc sit. Quod & hodie correctum est per Conc. Trid. Sess. 15. c. 3. Dereformat. quo mandatur Judicii Ecclesiastico, ut tam in procedendo, quam definiendo, abstineat a centuris Ecclesiasticis, & nisi in subsidium easinfigat, ubi scilicet per multas pecuniarias, vel per captionem pignorum, personarumque distributionem, sive etiam per privationem beneficiorum, aliaque juris remedia non potest procedere contra contumacem. Quod utinam Episcopi sive officiales eorum recte observarent.

est, cuicunque ipso, quod ratione officii sui jurisdictionem haberet, a jure concessum est, ut vel omnem jurisdictionem suam vel partem alteri possit demandare, l. Solet 16, cum l. seq. de jurisdictione sicut sup. ad Rubr. ejusdem tit. De off. & pot. iud. deleg. latius comprobavimus.

Quibus tamen obstat videtur text. inc. 1. de procurat. in 6. quo procurator ad rem spiritualem in iudicio agendum vel defendendum recte constituitur. Verum hic noster textus exaudiendus est, non de qualibet tractatione, sed quæ sit in Judicando vel disponendo, ut recte hic interpretatur Decius: quod etiam comprobatur idem text. in fine, dum de exhibenda iustitia loquitur.

Unde fit, quod & laicus in causis Ecclesiasticis recte adhibeat adsestor, ut hic tradit Hostiensis, quem Ant. de Burrio & alii communiter sequuntur, recte eodem Decio, b. c. 131. quia adsestoris officium est adsidere, & consulere Judicii, non judicare, l. 1. C. De Adseff. Ethinc sit, quod etiam